Actum in Castro Cracoviensi Feria Sexta post Festum Circumcisionis Christi Domini proxima Anno eiusdem Millesimo Septingentesimo Vigesimo Secundo; Relationes (inducta)

[…]

Oblata Privilegij Indegenatus Generosis Miklaszowskim[1] servientis

Ad officium et acta praesentia castrensia capitanealia cracoviensia personaliter veniens generosus Hyacinthus Morzycki infrascriptum privilegium indegenatus generosis Miklaszowskim per serenissimum olim piae memoriae Sigismundum Augustum regem Poloniae in conventu generali lublinensi datum et benigne collatum, manu eiusdem serenissimi Sigismundi Augusti subscriptum, officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus cracoviensibus ad acticandum obtulit, petens hocce infrascriptum privilegium indigenatus sacrae regiae majestatis a se offerente suscipi et in acta praesentia inscribere permitti. Cuius affectationi officium praesens annuendo, hocce infrascripti privilegium indigenatus sacrae regiae mejestatis a se offerente suscepit et in acta praesentia inscribere permisit. Cuius privilegii tenor sequitur eiusmodi.

Sigismundus Augustus Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Podoliae, Podlachiae, Smolensciae, Kioviae Czerniechoviaeque dominus atque haeres:

Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis et singulis tam huius quam ad posteritatem futuri temporis hominibus harum litterarum nostrarum notitiam habituris et caetera:

Nobis non commendata tantum verum re ipsa multoties cognita et probata egregii viri Mathiae Miklaszewski virtus singularis et praestantia de nobis et regno nostro merita effecerunt ut ipsum, etiamsi nobilem Silesitanum, volentes nostrae in eum gratiae extare testimonium, in ordine nobilitatis Regni nostri Poloniae transferemus, cum ab adulescentia sua atque aetate tenera omnes actus honestissimos in negotiis militaribus Regni nostri antea exercebat, tum et nunc in his omnibus expeditionibus, quas contra magnum ducem Moschoviae infelici expeditione nostra sub Polock, Neakl[2] et Uła arcibus suscepimus, alacrem semper et viri fortis animum praeferentem re ipsa sese declaravit.

Quibus omnibus ac aliis gravissimis iustissimisque de causis nos hunc Mathiam Miklaszewski et filios eius legitime natos et educatos Ioannem et Georgium, Christophorum, Stanislaum et Gasparum in nobilitatem et equitum Regni nostri ordinem adscribendum et associandum esse iudicavimus atque adeo authoritate nostra regia ipsum ac filios illius posterosque eorum universos utriusque sexus nobilitati et equitati[3] Regni nostri Poloniae ordini adscribimus, computamus, associamus et adiungimus eoque nomine ac nobilitatis iure afficimus, quo quis nunquam magis in regno optimo maximoque aut maioribus tam paternis quam maternis longa

---

[1] Tak jak w oryginale. Zarówno w tym, jak i w innych dokumentach z tamtego okresu występują obie formy nazwiska – Mikłaszewscy i Mikłaszowscy – nawet w obrębie tego samego tekstu, a więc są używane zamiennie.

[2] Najprawdopodobniej chodzi o miasto Newel (choć po łacinie nazywa się ono *Nevelia*). Z tekstu wynika bowiem, że chodzi o wojnę litewsko-moskiewską (1558-1570). Trzy najważniejsze bitwy tej wojny to bitwa pod Połockiem, bitwa pod Newlem i bitwa nad Ułą.

[3] Powinno być „equitum“.

propagine nobilitatis ortus aut regum Poloniae serenissimorum nostrorum antecessorum beneficiis nobilis factus esset.

Conferendo illi eiusque liberis his ac posteris eorum legitimis utriusque sexus praerogativas, praeeminentias, magistratuum dignitatumque tam secularium quam spiritualium adipiscendi ius, immunitates, exemptiones, ornamenta ac iura omnia cum nulla exemptione quibus equester ordo Regni nostri nobilesque homines in Polonia pro iure ac consuetudine utuntur fruanturque, quod quidem ius nobilitatis dum illustribus certis et antiquis insignibus dictis Ostoia quae sunt gladius stans inter duas flavas lunas cornutas in campo rubeo in clypeo autem defert, prout mos est et consuetudo vetus familiae illius, quinque pennas strutionis, tanquam bonis quibusdam notis, condecoratum reddere vellemus,[4] *exposuit Nobis Regni Nostri exercitium*[5] *campi ductor magnificus Nicolaus de Sieniawa Sieniawski pro suis in eundem Mathiam Miklaszewski studiis proque illius meritis obque tam vigilantia militaria gesta ipsius eundem nobilitatis et insignium huiusmodi dignum fore.*

Quamobrem nos authoritate nostra regia illi insignia vetustissimae regni nostri gentis Ostoia conferimus ipsumque eundem perpetuo adscribimus, assignamus et adiungimus. Decernimus vero, ut descriptis insignibus commemoratus nobilis Matthias Miklaszewski, eiusque liberi et posteri sexus utriusque legitimi, omni tempore et loco, publice et privatim, bello paceque, in quibusvis honestis rebus et accionibus[6]*, expeditionibus, equestribus ludis, vexillis, tentoriis, sigillis, annulis, signis, monumentis, aedificiis, imaginibus pro more, usu ac consuetudine quorumvis nobilium virorum utatur*[7] *et fruatur*[8]*, eaque insignia pro gemina suae nobilitatis nota ac documento habeat*[9]*, perpetuis temporibus.*

Quae omnia per praesentes literas nostras ad notitiam omnium regni nostri dignitariorum, magistratuum, praefectorum, officialium quorum nobilium hominumque omnium regni nostri cuiuscunque ordinis, status, dignitatis et conditionis sint plene deducimus atque adeo sancimus, decernimus mandamusque ut praedictum Matthiam Miklaszewski eiusque posteritatem pro veris legitimisque nobilibus habeantur illisque omnes praerogativas, praeeminentias, immunitates, libertates iuraque omnia tribuantur et concedantur, quae vero nobilibus regni nostri hominibus ex antiqua maiorum nobilitate descendentibus tribui et concedi solent, hasque

---

4 Infra in margine: *„Folio [...] porrexit Tomicki."*

5 Gramatycznie powinno być chyba *exercituum*.

6 Powinno być *actionibus*. Tak jest w późniejszym odpisie w: Łuszczyński, Bogdan Henryk. Kodeks Heraldyczny. Rękopis z 1876 r., Biblioteka Narodowa w Warszawie, Magazyn Rękopisów, sygn. Rps 5581 IV. Fragment dotyczący szlacheckiego rodu Miklaszewskich herbu Ostoja („Oblata privillegii indigenatus generosis Miklaszowskim servientis."), str. 405. Por. również ten sam wzór w akcie nobilitacji Szymona Szymonowica w: Metryka Koronna, nr 133, str. 508v. Por. również akt nobilitacji Chrysztofa Bernata Szydłowskiego w: Paprocki, Bartosz. Herby rycerstwa polskiego. Kraków, Wydawnictwo Biblioteki Polskiej; Kazimierz Józef Turowski, 1858 r., [1584 r.] str. 274.

7 Powinno być *utantur*. Por. np. ten sam wzór w akcie nobilitacji Szymona Szymonowica w: Metryka Koronna, nr 133, str. 508v. Por. również akt nobilitacji Chrysztofa Bernata Szydłowskiego w: Paprocki, Bartosz. Herby rycerstwa polskiego. Kraków, Wydawnictwo Biblioteki Polskiej; Kazimierz Józef Turowski, 1858 r., [1584 r.] str. 274.

8 Powinno być *fruantur*. Por. np. ten sam wzór w akcie nobilitacji Szymona Szymonowica w: Metryka Koronna, nr 133, str. 508v. Por. również akt nobilitacji Chrysztofa Bernata Szydłowskiego w: Paprocki, Bartosz. Herby rycerstwa polskiego. Kraków, Wydawnictwo Biblioteki Polskiej; Kazimierz Józef Turowski, 1858 r., [1584 r.] str. 274.

9 Powinno być *habeant*. Por. np. ten sam wzór w akcie nobilitacji Szymona Szymonowica w: Metryka Koronna, nr 133, str. 508v. Por. również akt nobilitacji Chrysztofa Bernata Szydłowskiego w: Paprocki, Bartosz. Herby rycerstwa polskiego. Kraków, Wydawnictwo Biblioteki Polskiej; Kazimierz Józef Turowski, 1858 r., [1584 r.] str. 274.

literas nostras ut in omnibus suis articulis, clausulis, punctis commemorato Matthiae Miklaszewski suisque posteris salvas et integras conservent et conservari pro suo quisque officio faciant, nec quispiam pro gratia nostra regia et sub poenis in legibus publicis et consuetudine inviolatores huiusmodi literarum nostrarum constitutis aliter praesumat.

In quorum omnium fidem et evidens testimonium praesentes manu nostra subscripsimus et sigillum regni nostri appendi mandavimus.

Datum Lublini in conventu generali regni die undecima mensis augusti anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono. Regni vero nostri quadragesimo. Praesentibus, reverendissimis reverendisque in Christo patribus, dominis: Iacobo Uchański archiepiscopo Gnesnensi, legato nato[10] *et regni nostri primate, Philippo Padniewski cracoviensi, Stanislao Karnkowski cuiaviensi, Adamo Konarski de Kobylino posnaniensi, Petro Myszkowski płocensi, Alberto Starozrembski chełmiensi* ***episcopis****; nec non magnificis, generosis ac venerabilibus Sebastiano Mielecki castellano cracoviensi, brestensi capitaneo, Stanislao Myszkowski de Mirow, cracoviensi generali cracoviensi (sic!), Petro Zborowski sandomiriensi, stabnicensi capitaneo, Olbrachto Łaski siradiensi, Ioanne Sirakowski lanciciensi, Ioanne de Słuzow brestensi, miedzyrzecensi et konaniensi capitaneo, Ioanne de Barczyn Krotowski inovladislaviensi, Ioanne Firley de Dąbrowica lublinensi et marschaleo regni, Andrea Dębowski bełzensi, capitaneo rubieszowiensi, Arnolpho Uchanski plocensi, Nicolao Kiszka de Ciechanow Podlachiae, Fabiano Czema marieburgensi, Achacio Czema pomeraniae* ***palatinis****; Stanislao Sobek de Sulejow sandomiriensi, thesaurario regni, Andreae Dembowski siradiensi, Adamo Drzewicki inovladiensi, Stanislao Herborth de Fulsztyn leopoliensi, Stanislao Słupecki lublinensi, Andreae de Thączyn bełżensi, Anselmo Goztomski plocensi, Sigismundo Wolski czerscensi, Adamo Koszynski Podlachiae, Christophoro Myszkowski de Mirow rawensi, Ioanne Kostka de Stemberk gedanensi, Hieronymo Ossolinski sandecensi, Ioanne Tarło de Szczekarzowice radomiensi, Nicolao Ligęza de Bobrek zawichostensi, Alberto Przyiemski landensi, Ioanne de Sienno żarnowecensi, Ioanne Krystoporski wielunensi, Ioanne Herburth sanocensi, Felice Parys varsaviensi, capitaneis czerscensi, Stanislao Kryski de Drobnin raciążnensi* ***castellanis****; Valentino Dembinski de Dembiany cancellario, Francisco Krasinski de Krasne praeposito plocensi et vicecancellario regni nostri, Stanislao Barzeyski scholastico gnesnensi, Ioanne Żaborowski praeposito sandomiriensi, Andreae Patricio*[11] *archidiacono posnaniensi, Hieronymo Choinski canonico posnaniensi, Stanislao Fogielweder scholastico varsaviensi, Stanislao Zamoyski capitaneo bełzensi, Nicolao Laski incisore mensae, Matthiae Zalinski succamerario nostro, Iacobo Piasecki stabuli praefecto, Nicolao Tarło vexilifero przemysliensi, Ioanne Lesnowolski pocillatore leopoliensi, tenutario doliensi*[12]*, Andreae Firlei*

---

10 Legatus natus - legat "urodzony" - tytuł obecnie wyłącznie honorowy, nadawany dawniej biskupom ważniejszych diecezji. Tytuł noszony przez biskupów m.in. Kolonii, Salzburga, czy wreszcie, od 1515 prymasów Polski.

11 Prawdopodobnie chodzi o Andrzeja Patrycego Nideckiego, który był archidiakonem wileński.

12 Powinno być „dolinensi". Według: Boniecki, Adam (1911) Herbarz Polski, Część I: Wiadomości historyczno-genealogiczne o rodach szlacheckich. T. 14, Warschau: Skład główny Gebethner i Wolff w Warszawie, S. 119 „Jan, student Uniwersytetu krakowskiego 1540 r., sekretarz królewski 1565 roku, podczaszy lwowski 1569 r. 1), starosta doliński, horodelski i płotelski, zrzekł się podczaszostwa na rzecz brata Jakóba 1579 r., odstąpił temu bratu 1582 roku części Mostów, Polany i stawu w Leśniowicach, umarł 1583 r. bezdzietny. Ożeniony miał być z Anną Chodkiewiczówną, córką Hieronima, kasztelana wileńskie-go (AGZ; V. L. II f. 80; M. 129 f. 478; 131 f. 143; Gr. Lwows. 74 f. 418; Arch. I. Z. Ros. I. 6; Wyr. Lub. 3 f. 520; 67 f. 20).". Również według: (2019) Люблінська Унія 1569 року. Правові акти. Unia Lubelska 1569 roku. Akty prawne, Kijów/Київ: Wydawnictwo Sejmowe, S. 20, 35, 45

de Dąbrowica, Ioanne Zamoyski, Ioanne Demetrio Solikowski, Stanislao Krasiecki, Ioanne Parys, Thoma Drojowski – secretariis, officialibus et aulicis sincere et fidelibus nostris dilectis.

Sigismundus Augustus, Rex

(manu propria)

(locus sigilli cerei sacrae regiae maiestatis)

Cujus quidem privilegis indigenatus sacrae regiae maiestatis originale idem offerens illico ab officio praesenti castrensi capitaneali cracoviensi recepit et de receptu officium praesens quietavit.

Transcriptio: Angel Miklashevsky (Ангел Миклашевский), Creative Commons Attribution 4.0 International (CC-BY-4.0).

Fons:

Archiwum Narodowe w Krakowie – Zespoł 29 Opis 5 - Relationes - inducta - Sygnatura 812 – Księgi ziemskie Krakowskie, księga 145 (Księgi grodzkie Krakowskie, księga 254 (Actum in Castro Cracoviensi Feria Sexta post Festum Circumcisionis Christi Domini proxima Anno eius dem Millesimo Septingentesimo Vigesimo Secundo; Relationes (inducta)), str. 1, 2294-2301: „Oblata Privilegij Indegenatus Generosis Miklaszowskim Servientis“. https://archive.org/details/archiwum-narodowe-w-krakowie-zespol-29-opis-5-relationes-inducta-sygnatura-812-k